



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

6. Erzbischof Erich von Magdeburg, Markgraf Otto von Brandenburg, alle
Edelen von Harz und die übrigen Geschworenen des Königsfriedens
melden dem Domdechanten und Domcapitel zu Hildesheim, daß sie ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

ciuitatis hilden. multitudine populi concitata in emunitate hilden. ecclesie juris ordine pretermisso, violencias, effractiones et incendia commiserunt. Quare cum huiusmodi insolencie per quos pax statuta dirumpitur ex aliquorum instinctu cercius generantur, Strennuitatem vestram iteratis vicibus multa precum instancia exorandam duximus et rogandam, quatenus aliquos discretos et solempnes viros transmittere dignemini, qui mecum iudicio in festo beati michaelis celebrando proxime nunc venturo, presidere valeant, videndo et audiendo processum iudicij et quibus ibidem fiat iudicium et quibus minime et qua ratione ac qualiter obmittatur. Decanum vero et Capitulum hilden. ecclesie in negociis coram vestra serenitate tractandis promoueri petimus studiose.

Nach Eubendorf a. a. D., S. 85.

6. Erzbischof Erich von Magdeburg, Markgraf Otto von Brandenburg, alle Edelen vom Harz und die übrigen Geschworenen des Königsfriedens melden dem Domdechanten und Domcapitel zu Hildesheim, daß sie die Gemeinde zu Hildesheim gebeten haben, sich mit ihnen zu vergleichen, und versprechen, ihnen mit Rath und Hilfe ferner beizustehen, am 26. September 1295.

Litera Archiepiscopi Magdeburg. et de Brandenburg ac omnium nobilium de hartone pacis regie juratorum Decano et Capitulo transmissa.

Ericus, dei gracia sancte Magdeburg. ecclesie Archiepiscopus, Otto, marchio brandeburgensis, vniuersi nobiles de hartone ceterique juratores sancte pacis regie, honorabilibus dominis Decano et Capitulo hilden. Salutem et paratam ad obsequia voluntatem. Audita querimonia quam nobis proponi fecistis vobis et ecclesie vestre plusquam prius ex fama publica cepimus condolere vnde pro vobis consulimus et communitati hilden. porreximus preces nostras ut componant vobiscum in amicitia vel in iure. Quod si non fecerint scire debetis, quod dummodo simul stetis in iure vestro vos nullatenus deseremus, sed astabimus consiliis et auxiliis oportunis. Datum in monte Grunberc, secunda feria post festum Mauricii: sigillo venerabilis domini Erici, Magdeburgensis Archiepiscopi, contenti in presenti litera pariter sumus vsi.

Nach Eubendorf a. a. D., S. 85.